B. 7

Deus assit   Orate pro Iohe Amelonck

Conventus B. M. Pacis ord. S. Crucis

In hoc brevi opusculo de dictis multorum doctorum aliqua de vicijs et virtutibus, pena et gloria secundum ordinem alphabeti tanquam in fasciculo collegi. Moneo vero doctores quorum dicta recito forinsecus ne distinctiones imperfecte tractando faciat apponendo. Ea vero que de sancto thoma posui ut plurimum in parte prima summe sue sive et in secunda secunde reperies. Ea vero que de bonaventura, Scoto, landolpho qui et ipsum scotum sequitur, petro bertrando, iohanne erfordense in scriptis ipsorum super sententias secundum quod ex diversitate materie de qua agitur scire poteris. Ea autem que de henrico de gandavo in quolibetis suis de quolibet. Et similiter ea que de alberto et ulrico in quibusdam ipsorum determinationibus. Et ea que de hostiensi et de raymundo necnon de wilhelmo ipsius glossatore posui in summis ipsorum et glosis que de iure composuerunt reperies. Cum autem multi ut omnes in una concordant opinione tunc nomine communis opinionis prenotatur quod si sit theologica intelligitur de doctoribus in theologia. Si autem sit de iure intelligitur de doctoribus iuris. Pluries tamen diversas opiniones recito eo quod solempnes habeant fautores ut unusquisque quod magis sibi placet hoc acceptet. Hunc quoque libellum qui et fasciculus dici potest eo quod in ipso flores spinis herbas diversas de dictis multorum congesserim ad utilitatem collegiorum qui ex officio predicare habent de vicijs et virtutibus pena et gloria. Et quia libros omnes non semper ad manus habere possunt ut saltem ipsorum suffragantibus meritis quorum me participem hac compilatione fieri cupio cum propria non suppetunt ad fruitionem admittar bonitatis infinite

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF